

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5141

**Auteur(s) :** Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Rouen (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1171, 21 octobre-1180, 21 octobre]

**Lieu d'émission :** Tusculum

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Alexandre [III] ordonne au doyen et au chapitre de Rouen de définir la distribution des revenus communs avec l'archevêque R[otrou] afin qu'aucune controverse ne soit plus provoquée dans l'avenir.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 195, p. 290-292.

### Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2<sup>e</sup>éd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 13586, t. 2, p. 357.

## Dissertation critique

Le 21 octobre 1171-1180 : datation proposée par J. Ramackers (voir RAMACKERS, p. 291).

Texte établi d'après a

Al[e]xander episcopus seruus seruorum Dei. Dilect[is fili]is .. decano et capitulo Rothomagensis [ecclesie] salutem et apostolicam benedictionem. Ad hoc int[entio et proposit]um uestrum inter cetera debet uigilanter inten[dere], ne occ[a]s[i]one qualibet inter uos aliqua re[maneat] materia iurgiorum, quia nullum potestis profectum [uel c]ommodum cons[equi, si a]lli[qui] uestrum scand[alizari] uidentur. Audiuimus autem, quod occasione illius constitutionis, [quam] de [partitione pecunie, que] de redd[itibus] communie colligitur, olim fecisse noscimini, super qua [etiam con]fir[mationem a nobis, sicut dicitur, impetras]tis, inter uos sepius contentiones emergunt et [iurgia graui]a oriuntur, quia, licet canonicorum parti[tionis] tempore captetis absentiam, quibusdam tamen uestrum, [qui presentes fuerint, nichil] exinde penitus exhibetur. Vnde, quia non potest utilis constitutio illa, si [inter fratres tantum inde,] quantum nobis proponitur, scandalum suboritur, nos paci et concordie uestre pro nostri officii debito fa[u]orem potius exhibere uolentes quam uobis quamlibet materiam contentionis relinquere, cum occasione alicuius commoditatis tantum non debeatis scandalum sustinere, quia in scissuris cordium Deus non habitat, discretionem uestram monemus, mandamus atque precipimus, quatinus una cum venerabili fratre nostro R. archiepiscopo uestro uiro utique, cuius prudentiam et honestatem in omnibus sumus experti, constitutionem

uestram, si exinde tantum scandalum suboritur, corrigatis et exinde taliter statuatis, quod occasione illa nullum in posterum merito debeat scandalum suboriri. Si uero precepto nostro, quod non credimus, nolueritis acquiescere, nos, quibus imminet ab uniuersis ecclesiis dissensionum radices euellere, auctoritatem nostram ad predictam constitutionem corrigendam largiente domino efficaciter apponemus, quia uobis uel ecclesie uestre utile non potest uel fructuosum existere, quod sine graui scandalo et discordia uestra fieri non posse uidetur. Dat. Tusculan. XII kal. nouembr.